

w Ke

DULCISSIMOS FRUCTU
PACIS DULCISSIMÆ,

Magnum inter Moscorum Imperatorem &
Portam Ottomannicam nuper initæ,

AUSPICATISSIMIS NUPTIIS
SERENISSIME, CELSISSIMÆ QVÆ PRINCIPIS
AC DOMINÆ,

DN.

CHARLOTTÆ CHRISTIANÆ
SOPHIÆ,

Ducis Brunsvico. Luneburgensis, &c. &c.

Cum
SERENISSIMO PRINCIPÆ AC DOMINO,

DOMINO

ALEXIO PETROWIZ,

Magni Moscorum Imperii Hæredi
Celsissimo,

Torgavia d. Octobr. M. DCCXI.

SOLENNISSIME CELEBRATIS,

Subiectissimo penicillo adumbratos.

SERENISSIMÆ SPONSÆ

Humillima animi submissione gratulabundus
offerit

M. GODFRID. STEINBREHER,

Sholæ Illustr. Torgav. Rector.



TORGÆ,
Literis JOHANN. ZACHAR. HEMPI.

AK



Serenissima

SOnqvirant undique alii verborum rerumqve veneres,
qibus splendidissima Nuptiarum Tuarum solemnia
exornare, condecorare satagant. E fontibus latialis
linguae, ex qua SERENITAS TUA miram capit volu-
ptatem, volupte mihi est de dulcissimis dulcissimae pa-
cis fructibus Serenissimae Celsitudini Tuæ gratulati, eo qvidem
avidius, qvo truculentior Martis facies Europæ haec tenus vila
est. Bellum profecto minime bellum, siqve accedit injustia,
si crudelitas, si immisericordia, beluinum qvid est, in primis si
vel nulla vel exigua de causa bella suscipiantur, quemadmodum
bellum Trojanum, commune illud Asiae & Europæ bustum in
nobili scerto exarsisse traditur, aut sicut Egyptii ob felicem occi-
sam Romanos coeco truciique bello adorti, multa hominum mil-
lia contruicionea reguntur. Nec ignotum est, Alexandrinos contra
Galientum ob insulam heri & servi de calceorum elegancia
contentionem turpiter rebellasse. Romanorum Imperator C.
Caligula cum instructissimo exercitu omniumqve rerum apparatu,
longa itinerum spatio emensus, contendebat ad oceanum, con-
chas ibi lascivientis naturæ ludo pietas collecturus, qvippe Prin-
ceps sangvinis fitionisimus cum Nerone antesignano suo apud
Senecam exclamans:

Ego ex tuis mortalibus electus sum, qui in terra Dei vice fungerer. Ego vita neciisque
gentibus arbiter. Quatenus quicunque fortis fortunatus habebit, in manu mea possum est.
Hac tot millia gladiorum, qra pax mea comprimit, ad natum meum strinxentur.

Que ruant subes, quis orbiatur, mea iuridictio est.

Quid igitur mirum, si bello injuste crudeliterque suscepto, flam-
mis everlas urbès villasqve, templa diruta, agros vastatos, vineas
destructas, nobilissimas vetustissimasqve familias extirpatas, qvin
& Principes Perlonas velut in fugam versas, tediibus suis deturba-
tas cernamus.

Qvæ Tibi mens, qvis Tibi sensus erat, SERENISSIMA SPO-
SA, cum trucis belli nubes horrenda in Saxonia à Septentrio-
ne consurgens, Tuam Serenissimam Celsitudinem hinc non discede-
re, sed fugere cogeret? Nubes illa, adspicente cœli gratia, paulo qvi-
dem

IMPERIUS SABDAE IMPERIO

dem post dissipabatur, dum AUGUSTISSIMUS REX & ELECTOR NOSTER, Pater patriæ longe clementissimus, pacem vel iniquitatem justo bello anteponens, id, qvod mirandum fane & plane inauditum, pati maluit, quam ut dulcissimæ patriæ ab hostiis insultibus pernicies inferretur ultima. Hinc bello in ipsis cineribus sopito, omnium votis ac desideriis exoptatisima Pax succedebat: hinc SERENISSIMA CELSITUDO TUA, CLEMENTISSIMA DUX, cum AUGUSTISSIMA REGINA nostra Torgaviam redux, civitatem hanc ferme emortuam Serenissimis gratiæ radiis suis exhilarabat: hinc omnes cives quasi ab inferis resuscitati reviviscere videbantur. Paullo post STELLA EX ORIENTE FULGENTISSIMA orta novum splendorem gaudiumque affrebat Saxonia nostræ, dum Potentissimi Moscorum Imperatoris Princeps Filius atq; ex ase hæres felicissimus, SERENISSIMUS ALEXIUS PETROWIZ, stabili conjugio Tuæ Se Serenitati jungere amabar. At vero amoris ardentissimi copula cum vix rata esset, cumq; vix de sede in magno magnæ Russiæ regno figenda cogitaretur, en! exoriebatur in Oriente nova detonans fulminansq; belli procella, magno cruxis imbre omnem Moscoviam fadatura: prorumpebat Turca cum numerosissimo exercitu, hostis barbarus, ultima minitans, cuius rabiem, nisi mature ei malevolèque occurratur, solo parris alterius interitu sine ruina aliorum compelci finiriq; haud posse cum optime sciret Magnus Magnæ Russiæ Imperator; obviam tanto hosti procedere haud veritus, in procinctu dum erat, tertium tertio die cum hostibus prælium maxime anceps initurus: en! Pax, omnium præter spem & opinionem, ccelo missa exoptata, pugnandi cupidinem solvebat, disiciebat arma, castra movebat, cum omnium plausu ac jubilo, ita ut non immerito nostrum faciamus lemma illius Caroli Rancati, qui, bello diuturno Hitpanos inter & Gallos Anno 1659. composito, diversa arma militaria, in acervum congesta & olivæ ramis cooperata figurabat, addita inscriptione: SINE MILITIS USU. Quid ni igitur & Tibi, SERENISSIMA SPONSA & CELSISSIMO SPONSO TUO de tanto Bono applaudam? Quid ni gratuler Nuptiis Serenissimis de dulcissimis dulcissimæ pacis fructibus? En! SPONSA CELSISSIMA, hoste barbaro ad lares suos reverto, Augustissimus Sacer Tuus, Magnus ille

PETRUS ALEXEWIZIUS

Magnus Magnæ Russiæ Imperator una cum Reverendissimis ac Serenissimis Dominis DN. AVO nec non PARENTIBUS TUIS CELSISSIMIS exhilarant gratiosissima sua præsentia Torgaviam

no-



nostram, sedem illam regiam, in qua SERENISSIMUS SPONSUS
TUUS te amplecti amat, in qua AUGUSTISSIMA REGINA no-
stra & Mater patriæ longe indulgentissima, sicut ipsa Te à tene-
ris fovit aluit atque ad omnem fuci expertem pietatem solidam-
que veræ fidei doctrinam eduxit, ita Nuptiis Tuis Serenissi-
mis non tam interesse, quam iisdem præesse mirifice gaudet
Fruere itaque, SERENISSIMA SPONSA, SPONSO CUM TUO
SERENISSIMO, his dulcissimis dulcissimæ pacis fructibus, fruere
his læta, salva ac incolumis diutissime. Thalamum Deus Tuum
fertilem ita esse jubeat, ut prole multa SPONSUM TUUM facias
Parentem felicissimum, floreas cum florentissima Domo florens
semper ac fortunata. Ingridere cum CELSISSIMO SPONSO TUO
iter, quo Te fata divinitus iussa trahunt, abi & imple spem,
quam de Te concipiunt omnes pii, fore nimurum, ut Tu tam
pic tamque solide in pura Religione fundata Personas Praetentia
atque Auctoritate Serenissima, lux veritatis evangelice magis ma-
gisque exoriatur, purissime splendeat, constantissime propagetur.
Abi, SERENISSIMA, nec itineris longi tædia, nec hostium insul-
tus verita: Tecum habes comitem DEUM TUUM, TUUM CON-
JUGEM habes socium fidelissimum. Pax æternum facta si con-
tra jus & fas, id quod Deus optimus pacis Princeps prohibeat!
a fœdus agis frangatur, erdas, qvæto, Potentissimum Sacerum
Tuum Tuosq; omnes langvinis & amicitiae arctioris cognatio-
ne Tibi conjunctissimos, auxiliante Dei præsidio, etiam pacis
tempore in omnes belli ingruentis eventus, accinctos stare, se-
cuto exempla magnorum Sabaudie Ducum, Serenissimi Imma-
nuelis Philiberti & Caroli Immanuelis, qvorum alter lorican su-
am, femoralia, gladios, lanceas aliorumque armorum faciem,
in armamentario suo fulgentem distinxit hoc lemmate:

CONDUNTUR, NON CONTUNDUNTUR.

Alter eadem instrumenta militaria in falçem colligata, hac ex-
pressit epigraphæ:

NEC CONDUNTUR, NEC RETUNDUNTUR.

Læto itaque faustoque pede abi, SERENISSIMA, sique forte
calamitatum nubecula exoriatur, eam, favente Coeli gratia, bre-
vi transiitram confidas, respiciens coeli faciem nubibus mox in-
tumescensem, mox lride pulcherrima superbientem, cum lem-
mate;

EN LÆTIOR ADSUM!

19. Jan. 1996


784 395



3

TA→OL

VDB



170

DULCISSIMOS FRUCTU PACIS DULCISSIMÆ,

Magnum inter Moscorum Imperatorem &
Portam Ottomannicam nuper initæ,

In

AUSPICATISSIMIS NUPTIIS
SERENISSIME, CELSISSIMÆ SVE PRINCIPIS
AC DOMINÆ,

DN.

CHARLOTTÆ CHRISTIANÆ SOPHIAÆ,

Ducis Brunsvico. Luneburgensis, &c; &c.

Cum

SERENISSIMO PRINCIPĒ AC DOMINO,

DOMINO

ALEXIO PETROWIZ,

Magni Moscorum Imperii Hæredi
Celsissimo,

Torgavia d. Octobr. M. DCCXI.

SOLENNISSIME CELEBRATIS,

Subiectissimo penicillo adumbratos.

SERENISSIMÆ SPONSÆ

Humillima animi submissione gratulabundus

offert

M. GODFRID. STEINBREHER,

Scholæ Illustr. Torgav. Rector.

TORGÆ,

Literis JOHANN. ZACHAR. HEMPI.

AK